

AB


**41 3
k.38**

60 60.14
W. 41


Theol. K. X, 44.

Palmatum. Scapulata
imagines. Crucem.
Elizabeth: pfanklen
testimonia & proprie
tates cognata
amargareta hoc es
tio.

11



**SODALIS
MARIANVS,
AD IDEAM
VIRTUTIS
MARIANÆ
FORMATUS,
SODALIBVS MARIÆ
OMNIBVS
IN STRENAM
OBLATVS.**

me utilius  *L. Storck*
1740.   *, Storck*


COLONIÆ,
Sumptibus FRIDERICI FRIESSEM
Bibliopolæ Coloniensis, sub signo
S. GABRIELIS Archangeli.
ANNO M. DC. LXIII.

LECTORI MARIANO.

SODALEM MARIANUM meditor,
quem ut meo ductu , in se ferment
singuli, Ideam ejus aliquam vivis Mari-
anarum Virtutum coloribus expressam,
omnibus deinceps considerandam, mo-
dica in tabella propono , & Xenioli lo-
co offero ; ea mente ut ad illum dein-
ceps se studeant omnes formare ; quo-
ad, si non MARIA, MARIANA saltem
in singulis VITA formetur, Quod ut
assequamur , & ego manu velut fami-
liari ducendo , & Tu quisquis eo te no-
mine vis dici, pari gressu sequendo, do-
net illa , cuius honori ultiusque milita-
mus.

Tu interim inspice , & fac secun-
dum Exemplar.

Exod. 25.



• 08(3) DG •



• 08(1) DG •

Fœdus o Mariane pactuses, dum
Sodalis nomen sortitus es,
Bellum quidem, sed contra vitia,
Pacis etiam, sed Evangelicæ;
Negotiationis; sed spiritualis:
Consilij in dubijs, mutui.
Auxilij, in necessitate, prompti.
Solatij, in adversis, opportuni,
Exempli, ad virtutem, optimi.
Fœdus inquam, Virtutis.

F O E D E R I S S C O P U S .

Major Dei gloria.

Cultus MARIÆ ferventior.

Conversatio securior.

Vita sanctior,

Mors felicioꝝ.

Salus certior.

A Scopo si aberras, toto cœlo erras.

F O E D E R I S O C C U P A T I O .

M A R I A M

Ut Matrem amare,

Ut Dominam honorare;

A 2

U t

Ut Magistram imitari,
Ut Patronam invocare.
Falleris, si solo nomine, sine re ute ris.
Si satis habes,
In Tabulas Marianas esse relatum,
Patronum menstruum esse sortitum,
Cœtui Mariano esse præsentem.
Si aliud non agis,
In numero Marianorum numerus es,
Vacuū Sodalis Mariani simulacrum es.
Non es, quod esse profiteris.
Fædus tuum, Fædus Virtutis est;
Quâ si cares,
Fædus violas, nomen vitias, vitâ
Officium oppugnas.
Ne careas,
Docebo, quo pacto exercetas.
Virtus porro,
Cui te Fædus adstringit Marianum,
Universam complectitur vita tua ra-
tionem;
De qua, quidquid sine virtute trans-
igitur, sine fructu prodigitur.
Ordire illam inde
Unde nasci Virtus omnis solet.

• 38(5) •

• 38(II) •

A COGNITIONE,
Sed illa, quam parit Veritas, &
Format Fides.

Et MARIAM Dei Matrem agaofce.
Qualem dum credis, supra creata
cetera extollis.

Jamque nihil infra Deum boni invenis,
Quod illi jure non tribuas,

Nullum encomium concipis,
Quo illam merito non insignias.

Nullum honorem tribuis
Quo dignam non sentias.

Qualem iterum dum credis, audies
Gratia plenam, de Cœlo salutari,

Benedictam inter Mulieres prædicari.
Sine labore conceptam, pie senties,
Sine labore vixisse; secure credes.

Jamq; illam, Maternitate Virginē,
Virginitate fœcundam,
Fide beatam,
Spe præcellentem,
Caritate perfectam,
Humilitatem sublimem,
Paupertatem divitem,

A 3

Casti-

-38(6)30-

Castitate Angelicam,
Patientia invictam,
Mansuetudine tranquillam,
Pietate divinam,
Dignitate incomparabilem,
Felicitate supremam,
Jam, Gratiarum Thesaurariam,
Virtutum Reginam,
Amoris Magistram,
Salutis Matrem,
Omnium Dominam,
Cum omnibus bene sentientibus
recte statues.

-38(III)30-

FIDEI Ductu,

Ad Spem, Fiduciamque procede,
Totamque illam in unica post Deum
MARIA pone.

S P E R A

Ejus apud Deum patrocinio,
Quod tuo desperas merito.

1. Peccatorum veniam

Sperandorum illud primum est,
Quo sine desperanda cætera.

2. Emend.

•OK(7)90

2. Emendationis gratiam.

Spei tuae illud alterum est.

Quid enim prodest commissa dimitti,

Et committenda iterum committi?

3. Virtutis subsidium.

Non enim recedunt vicia, ubi non
succedunt virtutes.

4. Opportunam in necessitatibus opē.

Quæ tam tibi prompta est, quam tha-

Fiducia firma est.

5. In temptationibus protectionem;

Quibus non vinceris, si à MARIA
protegeris.

6. In periculis tutelam.

In quibus laberis, si à M A R I A non
educeris.

7. In miseriis solatium.

Solati miseros, Matris Misericordias
proprium.

8. In dubiis Consilium.

Hoc Matris Sapientiæ officium.

9. In morte subsidium

Quod nunquam negatur, ubi cum fi-
ducia MARIA invocatur.

SPERARE te jubet

A 4

MA-

MARIÆ Sapientia

Quæ, & novit quid desit, & discernit
quid pro sit.

MARIÆ Potentia,

Ad cuius patrocinium, flebitur
Omnipotentis placitum.

MARIÆ Bonitas.

Quæ non solet negare, quidquid
tu noveris sperare,

Aude ite quo ab illa sperare,
Quidquid speras impetrare.

Ne porro spes fallat

Cor non reprehendat.

Cor reprehendit,

Cum ab illa speras, quam non amas,

Aut amare non probas:

Cum id speras ejus patrocinio,

Quod non mereris tuo obsequio:

Cum speras MARIÆ opem;

Neque addis tñam cooperationem;

Cum speras vitiis liberari,

Quibus adhuc libet immorari.

Cum speras Virtutis præmia

Et declinas Virtutis opera.

Cum rogas ita Gratia adjuvari,

U:

• 08(9) •

Ut neceſſe non ſit cooperari.
Spera in Domina, ſed fac bonitatem.

• 08(IV) •

Ut SPERES ſecurè,
AMA ſyncerè
AMA MARIAM

Tot amoris actibus, quoſ Cordiſ mo-
tibus.

Tantò amore tuo digniorem, quanto
Deo cariorem.

Amat illam Deus, iſtra unicum Chri-
ſtum ſupra creatuра cætera,
Tanto impensiſus, quanto dotavit
Liberalius, honoravit iſignius,
Elevavit ſublimius.

Amat ut Filiam primogenitam Pater,
Ut Matrem dilectam Filius,
Ut Sponsam electam S. Spiritus.

Ad amandam illam provocant
Præter Deum amoris magiſtrum,
1. Mentes Angelicæ, amoris divini
Æmulæ,

Quibus tanto MARIA carior,
Quanto illis puritate ſimilior.

2. Beati cæteri, primi amoris diſcipuli,
Qui-

Quibus quanto Maternitate sua
M A R I A amplius commodavit,
Tanto eos ad amandum firmius ob-
ligavit.

3. Justi omnes, amoris divini Tyroneg;
Qui quanto student salutis suæ esse
Securiores,
Tanto solent esse Matris Salvatoris
Amantiores;

Adamandam illam, post Deum
Supra omnes cæteros, ipsa provocat,
Tot titulis, quo Naturæ, Gratiae, & Glo-
riæ excellit dotibus:

A M A B I L E M F A C I T
Conceptus à labe originis puritas,
Nulli concessa alteri.
Sanguinis à Sacerdotibus, & Regibus
duci, nobilitas.

A Parentum sanctitate illustrata.
Nativitatis sanctitas, qua nulla
Ante illam sanctior.
Naturæ bonitas, qualis decebat eam,
De qua naturæ Auctor natus est.
Intellectus perspicacitas,
Quem sola regebat Veritas.

Affectus

Affectus honestas,

Quem sola ordinabat bonitas.

Vitæ integritas,

Quam nulla ystia vit pravitas.

Gratiæ ubertas,

Quam nulla adæquabit posteritas.

Virtutis sublimitas,

Cui omnis creata cedit sanctitas.

Formæ dignitas,

Quam Virginea augebat Castitas,

Morum decora gravitas,

Qua omnes mire conciliabat,

Conjugij felicitas,

Quo nullum castius, & fœcundius.

Maternitatis dignitas,

Qua siulla, rarior, & admirabilior.

Partus divinitas,

Quo nullus terris desiderabilior

& carior.

Materna erga omnes Caritas,

Qua nulla benevolentior

& profusior,

Tot titulis amabilem omnibus,

Ama titulo tibi peculiari,

Illiis Tutelæ, & tuæ Clientelæ.

•OK(12)•

•OK(V)•

Amare te MARIAM,
Testare Honore,
HONORA
MARIAM,
Quam summè honorat per scipse
Rex Gloriæ,
Quam ut honorare summè posset,
Gratiæ cumulavit plenitudine,
Virtutum ornavit perfectione.
Meritorum locupletavit copia.
Privilegiis donavit admirandis.
Quam donavit
Pater jure Primogenitæ,
Filius honore Maternitatis,
Spiritus S. dignitate desponsationis.
Quam constituit
Reginam Cœli,
Dominam Mundi,
Advocatam peccatorum,
Consolatricem Afflitorum,
Matrem Orphanorum,
Refugium miserorum.
Cujus opera tot operatur prodigia:
Cujus

Cujus intercessione tot confert be-
neficia.

Cujus Fidejussione tot remittit debita.

Cujus prece tot differt supplicia.

Quam honorat per suos omnes.

Per mentes Angelicas,

Quæ primas illi Gloriæ deferunt.

Per Beatos Cœlites,

Qui illam Gloriæ suæ Reginam agno-
scunt.

Per omnes in terris Dei Filios,

Qui illam salutis suæ Matrem dicunt.

Per Marianos, ante alios,

Qui se ejus honori mancipant.

Quam honorat, quidquid in Cœlis

Terrisque est honorificum,

Tot modis,

Quot sublimes de ea omnium sensus,

Et cogitationes.

Quot pleni honoris in eam affectus.

Quot expressa in singulorum animis

MARIAE simulacra,

Ad modulum divinum formata.

Quot posita per Orbem Christianum

Ejus honori monumenta.

B

Quot

Quot dedicata Templa, & Altaria con-
secrata.

Quot erectæ in compitis, in viis, in do-
miciis ejus statuæ.

Quot excusæ in chartis & membranis
eius Imagines.

Quot in Ligno, Lapide, Metallis, Gem-
mis exsculptæ Icones.

Quot Volumina, laudibus ejus vindic-
andis, concinnandis, amplifican-
dis conscripta.

Quot expressa Typis ejus Nominæ,
Elogia, Encomia.

Quot suspensa, asserendis ejus mira-
culis anathemata.

Quot recitatæ ejus honori Panegyres.

Quot Poëmatæ ejus Laudib⁹ decantata.

Quot oblatæ ei Coronæ Angelicæ.

Quot refertæ ejus titulis Litaniæ.

Quot concinnatæ, ad eam laudandam,
invocandam, propitiandam preces.

Quot illi sacri Ordines Religiosi.

Quot sœderata ad ejus Gloriam
Sodalitia.

Numera, si potes ejus generis omnia.

Nega,

15

Nega, si licet, illi deberi,
Quidquid probat Ecclesia,
Docet Fides,
Suadet Religio,
Monet Pietas.

Non est nimium, si illud tribuit
MARIAE, aut Angelus, aut homo,
Quod illi tribuit, qui summum tribuit,
Angelorum & Hominum Conditor Deus.

Da illi, o Homo, quidquid habes &
potes,

Debere illi semper intelliges,
Quoad par illi aliquid, quod a Deo
habet, tribuas.

Dona illi, quidquid concipere potest
Tuus Intellectus, quidquid deside-
rare affectus,

Nunquam dabis, quod dare solius
Dei est.

Peccati immunitatem,
Gratiæ Plenitudinem,
Virtutis perfectionem,
Gloriæ singularitatem.

B 2

Ele-

• 08(16) •

Eleva illam , quo usque potes, modo ne
ad Divinitatem,

Nunquam evehes, ad parem illi,

Quam habet à Deo, Gloriæ dignitatē.

Nunquam ad Dei Maternitatem,

Nunquam ad Virgineam fœcun-
ditatem.

Nunquam ad Humanam super
Angelos sublimitatem.

Ecce MARIANE,

Quo Dei Exemplo,

Quo MARIAE merito,

Quo Virtutis jure,

Quo Honoris modo,

Quo tuo debito,

Honores MARIAM:

Honoris modos si alse qui omnes non
potes,

Aliquos non negliges:

Quid ni illos, quibus Sodalitii Legibus
teneris?

Fœdus Honoris Marianus:

Illi te adstrictum noveris.

Nulla Hora transeat , quo non salutes
MARIAM.

Nulla

• 08(17) •

Nulla dies abeat, sine aliquo honoris
penso.

Ad id invitat pulsus Angelicus,
Sacrificium Altaris.

Nulla Hebdomas, cuius non diem
Unum illa sacrum habeat.

Nullus Mensis, quo non ad divinum
Filij ejus Epulum accumbas.

Nulla ejus Solennitas, quam & tu
Tibi, omni pietatis industria.
Non habeas solennem.

Nullus congregatorū Sodalium Cœtus,
Quem non præsentia tua cohonestes.

Nullam devotionem obeas, cuius ei
Particulam non offeras.

Nihil Cœlo destines, quod non
Per manus transeat M A R I Æ.

Et quod te negotium, à negotio
Avocet MARIANQ?


Non leve puta, quod magni habet
M A R I A.

Quale omne est, quod honori ejus
tribuis.

Ut vero etiam gratus sit honor tuus,
A Grato deferatur.

B 3

Gratum



¶(18)¶

Gratum faciet conscientia à noxis;
Expiata.

Quod si negligis; quid tandem curas,
Quid à te ipse speras boni,

Sibonus esse non laboras.

Nec enim honoras digne,
Si vivis indigne.

Optimum si vis,

Promptissimumque honoris Mariani
Modum?

¶(VI)¶

IMITARE.

Hoc scilicet honorificentissimum
Divis est.

Ita vixisse,

Ugillorum vita sit omnium disciplina.

Id egisse,

Quod cum laude sequuntur alii.

Age jam Mariane.

Hæc arena tua esto.

MARIA M imitare.

Sinon potes assequi, laudis est insequiri.

Qui pertingere non potest ad summa,

Laudabiliter subsistit in mediis.

Imita-

OG(19)80

Imitare.

Ufissimilis, qui esle non potes æqualis,
Non divinam ejus Materitatem,
Non ab omni labore immunitatem,
Non in Virginitate Fœcunditatem,
Non divini victus Familiaritatem.

Sunt illa privilegia

Soli MARIÆ concessa,

Imitare,

Quod potes per Gratiam,
Quod debes per officium.

Ia. Fidem MARIÆ,

Quia nulla fuit in terris admirabilior, nulla firmior.

Audivit:

Nasciturum Deum, quem noverat:
Esse æternum.

Paritutram Virginem, sine viro
Fœcundam,

Moritum, quem credebat:
Immortalem.

Vidit,

Eger omnium Lægitorem,
Flere omnium Consolatorem,
Pati ipsam innocentiam.

B34:

Mori i

• 58(20) •

Mori Auctorem Vitæ.

Et credidit

Quænta Fides.

Sed & ad Fidei Regulam, totam

Exegit vitam,

Neque aliud corde credidit, aliud

Opere complevit.

Non quod amandum credidit

Odio habuit.

Nec quod habendum odio, amavit.

Non quod desiderandum , fugit.

Nec quod fugiendum, desideravit.

Credidit

In paupertate Spiritus, veras esse

Divitias, & elegit extreumum.

In Castitate Corporis puras esse

Delicias, & servavit illibatam.

In Humilitate Cordis synceram esse

Dignitatem, & summam se stata est.

In patientiæ tranquillitate, esse animæ

Possessionem, & invictam probavit.

Crede Mariane,

Sed more MARIÆ,

Non verbo, & lingua, sed opere, &

Veritate.

Crede.



DG(21)90

Crede,

Viam salutis esse, quam monstrat Fides.

Viam virtutis esse, quā tenuit M A R I A,

Viam rectam esse, qua ducit Veritas.

Viam planam esse, qua comitatut Ca-
ritas.

Non esse veras divitias,

Quis spinas dixit veritas.

Non esse veras delicias,

Quas offert Mundi Vanitas.

Infelicem risum esse, quem Aetus ex-
cipit

Fallacem Gloriam esse, quæ definit in
ignominiam.

Fide,

Intellectum rege, ut non fallat.

Affectum corripe, ut non deviet.

Sensum cohibe, ut non seducat.

Fide,

Omnia Mundi promissa refelle.

Omnes Carnis illecebras repelle.


Omnes Diaboli machinas everte.

Oinne peccati corpus destrue.

Fide,

Moderare prospera, solare adversa.

Firma



• 8(22) 80.1

Firma Spem, accende Caritatem.
Funda Humilitatem. Tutare Castitatem.
Robora Patientiam, perfice Obedientiam.

Aestima Paupertatem: Virtutes omnes
Adjuva.

II. Imitare,

Spem, & Fiduciam.

Illam in Virgine pariebat Fides,
Fovebat divina Veracitas.

Animabat Caritas,
Erigebat Fortitudo.
Exercebat Patientia.

- Illam non infirmavit

Filii ; in Carne Infirmitas,
In Fortunis Egestas.
In Fama Obscuritas.
In Vita Mortalitas.

Non in doloribus miseria, in morte Infaustia.

Spera MARIAE,
Sed exemplo MARIAE.

Spem tuam funda in Dei Fidelitate.
Solida ejusdem Sapientia, quæ novit,
Omnipotentia, quæ potest,
Bonita-

Bonitate, quæ vult

Promissa exequi.

Inchoa à tui diffidentia.

Adjuva Oratione,

Conserua, in arduis & facilibus,

In secundis, & adversis.

Eaque te

Ad dura & aspera toleranda anima:

Ad operosa & difficilia agenda excita:

Adversus casus omnes arma.

Ad continua vitæ certamina robora.

Illa certanti vires suggetit,

Vincenti palmas rependit.

Imitare,

Caritatem Dei.

III

Quam in Virgine

Perspecta excitabat Dei Bonitas,

Explorata augebat Benignitas,

Æterna inflammabat erga se Caritas.

Quid ni enim amat Mater Amoris?

Quæ Incarnatum Mundo amore genuit.

Natum amoris Magistrum lactavit,

Exinanitum ex amore, consideravit,

Subditum in amore educavit,

Morientem ex amore vidit.

Quap-

•96(2496)

Quantus jam amor ejus,
Quæ in amore concepta est,

Cum amore nata est,

Per amorem aucta est,

In amore mortua est.

Quæ Gratia fuit plena, Virtute perfecta.

Quæ amorem probavit gravissima
tolerando, optima operando.

Quæ amavit,

Ita assidue, ut nunquam desierit,

Ita pure, ut nihil admiscuerit,

Ita generose, ut pati nihil recusarit,

Ita perfecte, ut soli Deo cesserit.

Ama MARIANE,

Sed amore MARIÆ.

Ut ames, excitet divina Bonitas,

Stimulet Liberalitas,

Urgeat ejusdem Caritas,

Imperet tua Necssitas.

Non vivis, si non amas.

A M A,

Unicum, unice amabilem DEUM,

In uno Deo, alia omnia.

Ama, quidquid ille amat,

Quamcumque tibi inamabile.

Ama

•38(15)80

Ama pure, nihil admiscendo tuum:

Nunquid enim infinite bonus,

Amori finito sufficit?

Ama sincere, amorem opere con-
testando:

Ama generose, omnia amori
adversa superando.

Ama constanter, nunquam remittendo:

Ama ferventer, semper augendo:

Ama assidue, nunquam desinendo;

Ama ita,

Ut amor tuus sit Dux vitae tuæ,

Comes mortis tuæ, negotium

tuum æternum.

Imitare.

IV Caritatem Proximi.

Proximus MARIÆ, homo quilibet.

Cujus illa in Primogenito Mater;

Cujus Christus in Matre Frater.

Illa omnibus amica, nulli inimica.

Amicos iuxta, & inimicos complexa.

Amavit omnes, a versata neminem.

Idque exemplo Filii Magisterio Sponsi.

Amavit sine discrimine,

C

Nisi



• 38(26) 80

Nisi quod, aut Virtus attulisset, aut
Vitium.

Ama vir, usque ad oblationem sui,
Usque ad mortem Filii:

Ama vir opere, & veritate,

Ama iterum MARIANE,

Sed & exemplo MARIÆ.

Ama omnes, exclude neminem.

Amor, ubi incipit deesse uni, deest o-
mnibus.

Ne fallat ad Marianum explora.

Amor syncerus,

Non est temerarius Judex,

Non rigidus Vindex

Non benignus sibi, aliis malignus:

Non compensator mali, sed retti-
butor boni.

Non suæ beneficentiae, quam alienæ

Injuriæ tenacior:

Injurias tolerat, offensas donat.

Gaudet aliena paupertate; adversi-
tate dolet.

Non permittit intellectui suspicio-
nem,

Affectui amatitudinem,

Ver-

Verbis asperitatem,
Factis iniquitatem,
Non lingua, quam manu est promptior,
Non promissis, quam donis liberalior:
Consilii, & auxiliī æque est prodigus.
Mavult obsequiis vincere, quam vinci.
Studet Obtrectatoribus laudes red-
dere,
Amat in Deo hominem, in homine
Deum.

Unicum ejus votum, Benevolentia,
Unicum ejus negotium, Beneficentia,
Tessera ejus: omnia omnibus.

V. Imitare,
Dei timorem.

Partus amoris timor est reverentialis,
Qui tanto in M A R I A fuit tenerior,
Quanto amor ejus purior.

Timuit illa, vel levissime Deum
offendere,

Non, quia pœna peccati sustinenda,
Aut jactura boni summi subeunda,
Timor ille, amoris quidem est,
Sed non defæcati;

C 2

Et

Et alter quidem servorum est,
Mercenariorum alter.

Sed quia Deus est, infinitæ Majestatis,
Et immensæ Bonitatis:
Cujus Majestas digna omni honore;
Et Bonitas omniamore.

Time o MARIANE,
Non ut servus, plagæ metu
A malo absterritus:

Non ut Mercenarius, spe mercedis
Ad bonum impulsus;
Sed ut Filius, & illius quidem Patris,
Qui ex amore timendus, & cum
Timore amandus.

Ut Filius illius Patris,
Quæ est Mater Timoris, quia
Mater est amoris.

Time, non tuâ, sed Dei tui Gratiâ,
Non, quia peccatum tibi nocet;
Sed quia Deo displicet.
Cujus displicere, malis omnibus
majus est.

Time, ut mali nihil committas.

Boni nihil omissas.

Nihil in futurum rejicias.

Nihil obiter agas.

Ut

48(29)80

Ut nulli te mali occasione iingeras,

Nulli te periculo committas.

Time, tuæ in occasione, infirmitati

Tuæ ad malum pronitati.

Ut nôris recte timere, disce puke amare.

Imitare,

VI

Rectitudinem Intentionis.

Oculus MARIÆ simplex,

In solum, unicunque Deum intentus.

Oculus Sponsæ fuit,

Cor Sponsi vulneravit.

Nunquam ille à Dei Gloria,

Nunquam à perfectione propria,

Nunquam à salute proximi deflexit,

Amor, MARIÆ pondus erat,

Deus M A R I A E centrum erat,

Nunquid alio potuit deflectere?

MARIA sagitta electa erat.

Scopus MARIÆ, Deus erat.

Jaculator ejus amor erat.

Nunquid potuit aberrare?

Dirige Mariane,

Oculum tuum.

Et tuum centrum, Deus est,

Sit & amor pondus tuum.

C 3

E 8

Et tuus scopus, Dei honor est,

Salus propria, & aliena est.

Sis & tu sagitta electa,

Sit & jaculator amor tuus.

Cave cœcus sit.

Unicum Deum, spectet intentio tua.

Ab illo nunquam deflectat vita tua.

Ille sit Cogitationum, & Affectionum,

Ille verborum, & actionum scopus.

Oculum cordis dirigat oculus corporis,

Nequit ille in diversa,

Nequit nisi recta ferri.

Quocunque tendit oculus, eo feruntur

Pedes, eo totum corpus fertur.

Et quod tandem,

Nisi Deum spectet?

Utique quo prudentia Carnis,

Quo Sapientia Mundi,

Quo astutia Diaboli diriget,

A Virtute ad vitium.

VII

Imitare,

Puritatem Animæ.

Quid purius anima MARIÆ,

Quam nec labes originis,

Nec culpa propria,

Nec

Nec noxa alieha unquam vitiavit.
Quæ Gratia fuit plena,
Virtute fuit perfecta.

Nullis perturbationibus obnoxia,
Nullis temptationibus impugnata,
Nulla pravitate occupata.

Cujus mentem illuminabat veritas,
Voluntatem inflammat Caritas,
Memoriam occupabat Deitas.

Sectare o MARIANE,
Puritatem animæ,
Studio MARIÆ.

Nulla eam gravis noxa inquiet,
Nulla eam culpæ levis occupet,
Nullam accersat vitiosam cogitatione,
Nullam admittat inordinatam af-
fectionem,

Nullam foveat pravam consuetudinem.

Nulla seducat Carnis Cupiditas;
Nulla illiciat Mundi vanitas,
Nulla præcipitet perturbatio,
Nulla sollicitet occasio,
Nulla vincat Tentatio.

Habe animam, ut oculum,

• 18(32) •

Nec fumum patiatur, nec pulvorem.

Imitare,

VII

Castitatem corporis.

Quid castius corpore M A R I Æ?

De quo formatus Rex Castitatis,
Cujus appetitiones moderabatur ra-
tio,

Cujus sensus regebat modestia:

Cujus mores componebat Virtus,

Cujus gestus ornabat honestas,

Cujus oculi, casti amoris illices.

Cujus forma, pudicitiae Conciliatrix.

O MARIANE,

Castum esse, noveris Marianum esse.

Qui si non es, Marianus non es,

MARIAE cliens non es,

Spurius Sodalis es.

Corpo te Marianum proba,

Castum id serva,

Non sola Virginum,

Non sola Cœlibum;

Dos omnium Castitas est.

Nulli licet non casto esse:

Uti castus sis, cautus sis,

Imaginatione non eludat.

Appen-



33

Appetitus non stimulat,
Sensus non seducat,
Occasio non abripiat,
Tentatio non illaqueat,
Abstinentia eam nutriat,
Vigilantia custodiat.

Labor exerceat.

Dolor muniat.

Abnegatio conservet.

Cautio tueatur.

Imitare,

Humilitatem Spiritus.

Tanta MARIÆ Humilitas,

Quanta ejusdem sublimitas,

Quanta Maternitatis dignitas,

Virginitatis Fœcunditas,

Gratiæ Ubertas,

Meritorum copia,

Vitæ perfectio,

Gloriæ altitudo.

Tanta iterum ejus Humilitas,

Quanta divinæ Majestatis, &

suæ vilitatis,

Divinæ Liberalitatis, & suæ Egestatis,

Divinæ potentiarum, & suæ infirmitatis

Cognitio.

Tan-

Tanta, ut quæ Deo Virginitate placuit,
Humilitate eundem conceperit.

O MARIANE,
MARIÆ demissio, tua est institutio.
Disce à summa esse minimus.
Quoquo te verteris, habes, quo humili-
lieris.

Vilem te Mater concepit, Mundus
suscepit,
Ante reum, quam natum.
Fundet Humilitatem nativa vilitas.
Firmet explorata Infirmitas,
Augeat perspecta Egestas,
Promoveat peccandi facilitas,
Expiandi difficultas.
Occasionum lubricitas,
Tentationū importunitas,
Naturæ, à bonis aversio,
Ad malum propensio.

Perficiat vita pravitas.
Nihil tibi tribue, quidquid in te alienum est, quale est, quidquid in te boni est.
Nullum de pluribus, quam te accusa,
Nullum rigidius, quam te judica:
Nul-

Nullum justius, quam te damna.

Ecce unde humiliis,

Mirum si non infra omnes,

Si vel supra unum.

Humilem te sentiat animus,

Testetur sermo,

Probet vita.

X

Imitare,

Mansuetudinem Cordis.

Quid mansuetius illa , de qua mansue-
tissimus Agnus natus est.

Quæ supra Naturæ infirmitatem,

In omni adversitatum tempestate,

In omni injuriarum procella,

In omnibus miseriatur fluctibus,

Conspirantibus in illam omnibus,

Ex omni latere ventis tribulatio-

num, velut mare aliquod

tranquillum stetit.

Nullus, quietissimum ejus animum
turbavit casus.

Non persecutio, non exilium,

Non Filius, ab omnibus despectus,

Tormentis subjectus,

Cruci affixus,

In Cruce mortuus.

Ec-

OK(36)80

Ecce MARIANE
Quam imiteris.

Quidquid tandem in te adversum in-
cunbit,

Non te exasperet injuria;

Non concitet calumnia,

Dissimula visa, tace audita,

Tolerat irrogata, suffer negata,

Cede iræ alienæ, parce tuæ,

Bilem corde non concipe,

Ore non effunde,

Moribus ne prode,

Fel melle tepende.

Prævide, quæ possunt evenire;

Præmuni animum, ne turbent;

Dei placito, Christi & MARIÆ
exemplo.

Nulli te perturbationi permitte.

Mitigerat quanimitas, quod exaggerat
Infirmitas.

Imitare,

XI

Paupertatem Affeetus, si non Effectus.

Quanta Paupertas, Dominæ Mundi!

Egentissima fuit omnium,

Quæ omnium Dominum genuit,

Solo Domino dives.

Illa,

Illa, tanto minus desideravit in Terris,

Quanto plus habuit de Cœlis.

Defectum Fortunarum, supplicavit copia
Gratiatum.

Omnia sua secum detulit,

Quando in Ægyptum Filium extulit.

Quantum peculium, habere
Dominum omnium!

Marianus ut sis, pauper es.

Pauperias Spiritus, est opulentia Virtutis.

Sire diyes es, animo pauper es.

Nil terrenum nimium appete.

Nil nimis tenaciter retine.

Nil amissum nimium dole.

Pauperem te gere,

Si non corporis habitu

Saltem Cordis affectu, & rerum usu.

Serviant opes,

Non voluptati Carnis,

Non vanitati Mundi,

Sed necessitati naturæ.

Restuæ, non sint instrumenta vicio-
rum,

Sed adjumenta Virtutum.

D

Im

Ita etis pauper in divitiis:

Dives in paupertate;

XII

Imitare,

Patientiam,

Quanta ejus patientia,

Quæ pati nihil meruit,

Et nihil non pati voluit.

Quæ tanto amplius est passa,

Quanto nobiliori coronæ erat de-

stinata,

Cui mensuram doloris

Statuit mensura amoris.

Et cum Deum amârit plus omnibus,

Pro Deo plus omnibus toleravit.

Quæ, pati cum Deo, summam putavit

Gloriam,

Pati pro Deo, summum Gaudium;

Pati præ omnibus, suum putavit

privilegium.

Quæ passa est in corde, quidquid Filius

In Corpore.

Disce pati o M A R I A N E;

Et hoc Marianum puta.

Degeneras à M A R I A,

Si pati non vis cum M A R I A.

illud

(39)

Illud si non discis, non es MARIÆ
Filius.

Non es Filij MARIÆ Discipulus.
Filius doloris, ut natum dolori noveris.

Genuit te Dei Mater dolore suo.

Genuit te Dei Filius morte sua.

Disce pati.

Cum Deo qui pro te patitur.

Pro Deo, qui tecum patitur.

A Deo: qui à te patitur.

Ab omnibus, ut lucrum referas ab
omnibus.

Pati, communē omnibus.

Velle pati singulare paucis.

Gaudere pati, proprium perfectis:

O MARIANE.

Totum vitæ tuæ stipendium est pati.

Unicum symbolum tuum esto

P A T I.

XIII

Imitare,

Devotionem.

Ultimam statuo imitandam,

Quam primam suadeo exercendam.

Occupavit illa vitæ Marianæ pr
cipuum,

D 2

8(40)8

Secuta est progressum,
Tenuit Finem.

Cæpit cum vita, non desit in morte.
Omnis MARIÆ respiratio, fuit una
oratio.

Quocum versabatur Corpore,
Cum eodem loquebatur Corde.
Non desinebat Deum laudare,
Cujus laudi se noverat conditam;
Non desinebat Deo gratias reddere,
Cujus beneficiis se sciebat cumu-
latam.

Non desinebat ejus opem invocare,
Quem noverat paratum adjuvare.
Non desinebat eidem supplicare,
Quem sciebat facile donare.

O M A R I A N E.

Devotionis exercitium, tuum noveris
officium.

IIIK
illâ si obiter defungeris,
Re optimâ pessime uteris:
Est MARIÆ sodalitium
Communis pietatis consortium,
Tuitanto vaca impensius, quanto potes
frequentius.

Nul-

Nulla unquam deest occasio,
 Si prompta semper est devotio.
 Nullum occurrat negotium,
 Quod ejus excludat commercium.
 Illa sit omnis actionis condimentum.
Quæ est præcipuum miserorum instrumentum,
 Illius spiritu vitam anima,
 Qua sine ipsa vita est mortua.
 Illa te à Creatore abstrahat,
 Et ad Creatorem attrahat.
 Non sinat te adhærescere ad infima,
 Qui es destinatus ad summa:
 Eò te abducat mortalem
 Quò te perducet immortalem:
 Et constitutum in terra corpore,
 In Cælum elevet corde.
 Porro, Deum laudare tui munera est,
 Gratias ei referre tui fœnoris est.
 Ejus opem invocare , tua suadet infirmitas.
 Veniam rogare , tua jubet necessitas.
 Quæ omnia cum præstiteris,
 Superesse potissimum noveris.

Lapic

8(42)8
Lapis Pietatis Lydius,
Ad quam ejus exploratur synceritas,
Est crebra conscientiae expiatio,
Et sacrosanctæ Eucharistiae sumptio.
Quæ si rite obis,
Pium te Sodalem probas.

F I N I S.



Jesus Nazarenus
Rex iudeorum.
Rima

4.

41 3
K 38


ULB Halle
006 653 480

3



VO 17






Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres



DALIS
RIANVS,

IDEAM

RTVTIS

RIANÆ

AMATUS,

IBVS MARIAE

INIBVS

STRENAM

BLATVS.

L. Storck
OK (+) 20
S. Storck

TONIAE,
RIDERICI FRIESSEM
Coloniensis, sub signo
RIELIS Archangeli.

O M. DC. LXIII.